

lis, & vult dicere, quod non debet esse iracundus, neque cupidus, sed quietus, pacificus, patiens, mortificationi assuetus, quod decent ipsum aures habere, & aliquando non audire; oculos, & non videre, & qui tandem longo tempore didicerit, experientiaque probauerit sensus mortificare, linguam frenare, carnem dormare, ibi, localis vero **Correctores**. II. dicit quod dicti Correctores debent eligi à Capitulo locali in quolibet Conuentu, iuxta formam traditam in cap. Val. 4. nu. 25. & 26. & cap. Tolos. nu. 48. & iuxta ea, quæ dixi to. I. Relig. q. I. cap. 31. notab. 5. & 6. ibi, facta prius in quilibet III. dicit, quod dicti Correctores debent assignari in suis Conuentibus in Capitulis celebrandis in die S. Michaelis Archangeli, ibi, inibi pariter assignentur; inibi, id est in ea die, in qua celebratur Capitulum Provincialie, resertur enim illud inibi ad §. antecedentem. In 2. parte statuit duo. I. quod dicti Correctores locales revoluto sui Correctoratus anno, semper debent administris per annum subiecti manere, ibi, ipsi vero. II. limitat hanc propositionem, nisi ad altiora officia nouiter eligerentur. In 3. parte quod statuerat de subiectione Correctorum, statuit de subiectione quorumcunque Superiorum, scilicet quod tanto saltem tempore subiecti remaneant, quanto extiterunt Prælati, nisi etiam ipsi ad altiora officia de novo elegantur, ibi, ceteri autem.

Q V A E S T I O V N I C A

**Adnotantur aliqua circa Præscriptum
Textum.**

Not. I. quod in Correct. nu. 103. clariss ex parte explicatur noster textus; dicitur enim ibi. In ipsis etiam annis Capitulis provincialibus debita sunt di finitio cunctorum localium Correctorum primitus electorum per cuiuslibet huius Ordinis Conventus fratres vocales cum attestatione suarum secretarum literarum sub cuiuslibet Conventus sigillo cunctorum electorum.